

executionem iudicis requisiti spectantia, illo prius obiter supposito, quod si res, super qua facienda est actualis executio, vigore rei iudicatae ab uno iudice latae, sit sub alterius iudicis territorio, districtu, jurisdictione, ab isto facienda est, ad requisitorias tamen literas illius iudicis, qui sententiam tulit, text. est expressus *auth. de exhib. rei §. si vero*, & *in auth. ut differant. iudic. l. 1. tit. 7. p. 3. l. properand. §. si autem res. C. de iud. in l. à D. Pio, §. sent. Roma dictam, ff. de re iud. quam late exornant, & eius materiam tractant Covarr. *pract. quest. cap. 10. n. 7.* per totum, ubi idem tenet per identitalem rationem in contractu paratam executionem habente, quando fieri debet coram iudice contractus, ut in utroque probat, & amplificat Paz *in prax. §. p. tom. 1. cap. 2. à n. 5. cum seqq. fol. 101.* per notata in *cap. Rom. §. contrahentes de for. compet. lib. 6.* tenent plures relati ab Af. in *prax. §. 3. 1. cap. 9. n. 2.* Avend. *tit. de las excepciones, n. 9. & respons. 22.* Orosc. *in l. si convenerit, n. 9. ff. de iur. om. iud. gl. 2. 3. tit. 1. 1. p. 5. Azeved. in l. 1. tit. 2. 1. lib. 4. recop. num. 54.* Anton. Mall. Gall. *in forma obligat. Camer. part. 3. quest. 1.* late etiam & bene in utroque casu Rod. Xuar. *in lect. l. post rem. in declar. l. Reg. quest. 5.* incipit circa iudicem videndum *fol. mibi 349.* post Bart. Bal. Salicet. Paul. & alios *in d. §. sentent. Roma,* post plures alios, eius additionator Valdez, pulchre etiam per Joan. Ferrar. *in pra. in form. execut. sent. diffini. à n. 13. fol. 277.* ubi post Cynum & alios, & similiter Roder. Suar. distinguunt, ut hoc procedat, quando petitur executio iudicis officio, secus autem quando petitur actio in factum, quia actio ubique exerceri potest, quos vide & omnes pro materia executionis factae per literas requisitorias, late etiam Gratian. *disceptat. foren. cap. 146. per totum,* ubi late, an iudex requisitus excedat, non exequendo secundum statutum iudicis requirentis. Rebuff. *in tract. de licet. requisit. à num. 25. & supra per totam in commentar. tom. 2.* Late hunc articulum examinat post plurimos quos citat Vincent. Carocius *tractatu de except. excom. l. 2. q. 30 à n. 7. cum seqq.* Carol. de Tapia *de comp. iur. Regn. Neapol. tit. de execut. sent. rubr. 41. r. 1262. num. 4. fol. 126. lib. 3.* ex a Crpan. *ad stat. Mediola. cap. 8. & alii.**

66 Circa quod nunc primò quæro, an literis requisitoriis ad huiusmodi executionem faciendam solemniter expeditis, iudici, ubi res sita, destinatis, & anteaquam iste iudex requisitus inceperit, iudex requirens obiit, vel officio publico functus, vel privatus est, an poterit iudex requisitus dictas literas exequi, & effectui mancipare? In qua difficultate, & controversia affirmativè respondendum erit, ut etiam post mortem requirentis defectum, aut privationem officii teneatur requisitus exequi, per text. *in l. fundi venditor, §. ult. ff. de acquir. poss. cap. si super gratia de rescrip. exactè, & dilucidè examinat, & comprobatur Covarr. *pract. quest. cap. 11. à n. 1.* quem omnino vide.*

67 Pro quo communis sit sententia, quod si nuntio fuerit à iudice demandarum, ut aliquem inducat in possessionem; mortuo etiam iudice, nuntius possit mandatum exequi, docent B. *in l. more n. 6. ff. de iurisd. omni. iud. sequitur Roma. consil. 202. n. 3.* Imol. Aret. *in d. l. fundi venditor, §. fin. ff. de acquir. poss. & ibidem Alexand. n. 5.* Felin. *in cap. relatum n. 8. & seqq. de off. deleg. quam opinionem communem etiam profitentur Ill. in d. leg. more n. 62. ff. de iur. omni. iud. & Covarr. *de cap. 11. n. 2. vers. secundò hoc ipsum probatur. Gratian. in discept. foren. tom. 4. cap. 783. n. 19.* Card. Manr. *in tract. de tacit. & ambig. convent. lib. 7. tit. 23. n. 49. & 50.**

68 Quod comprobatur autoritate Pauli, Angeli, Aretini, & aliorum *in d. l. fundi venditor, §. fin.* qui expressim asserunt, non extingui morte mandantis etiam re integra mandatum, quo iudex, qui sententiam tulerit, eius executionem alteri commiserit: sequitur Covarr. *ubi supra sub num. 1. ante fin. vers. quarto eadem sententia.*

Pro qua opinione est tex. optimus *in auth. ut nulli ju- dicum, §. hoc verò jubemus vers. si vero,* quo dicitur, ut iudex, qui est successor alterius iudicis, debent adimplere mandatum factum ejus prædecessori, prout ejus prædecessor tenebatur.

Et quia cum iudex, qui talit sententiam, ex debito & necessitate officii teneatur illam exequi, sequitur, ut mandatum sic ex causa necessaria quod quidem morte mandantis non expirat, ut per d. *leg. fundi venditor, §. fin.* tenent communiter omnes citati Doctores, & latius Mantica *à num. 45. cum seqq. qui à n. 16.* congerit plures, & diversos casus, quibus mandatum morte mandantis non extinguitur, vide etiam Gratian. *ubi proxime d. cap. 783. à n. 9. & supra,* quare iudex requisitus, nec alius minister hoc casu exequentes morte, vel remotione mandantis subsequata re integra, nec exco- sum, nec vim commississe dicentur.

Secundò quæro, an iudex requisitus possit cognoscere de dominio, & possessione rei, super qua executio facienda est. Et videtur quod non, ex supradictis à prin. hujus capituli, quod executor merus non potest de aliqua exceptione pertinere, ad executionem sententiae cognoscere regulariter dicimus plura *infra cap. seq.* sed iudex requisitus dicitur merus executor, & nudus minister. ut probant Joan. Ferrar. *in pract. in for. execut. sent. diffi. sub n. 14. fol. 277.* tenet etiam Gratian. *in disceptat. foren. cap. 146. n. 7. & ita intelligendi sunt Paz in prax. §. p. tom. 1. c. 2. n. 10. fol. 101.* Covarr. *in pract. quest. cap. 10. sub n. 7. ad med.* dum simpliciter dicunt, hunc iudicem requisitum esse executorem sententiae, & decreti iudicis requirentis, sicuti in executione late sententiae fieri debet, & expressè tenet ipse Covarr. *in pract. quest. cap. 16. n. 5.*

Quod quidem licet de juris rigore verum sit, tamen ex æquitate concors est omnium opinio, in re hac sufficere tertio oppositori, coram executore iudice requisito proponere, & allegare, res, & bona, in quibus sit executio, propria esse, nec debere in illis fieri executionem, cum alias possit executor cuilibet tertio oppositori, & contradicitori injuriam facere, qui non ita facile posset ad iudicem requirentem accedere, cum fortè is longè absit à loco executionis, prout contingit frequentius in his executionibus, quæ sunt per requisitorias literas; semper enim sit extra proprium territorium, ira considerat ex hac ratione Covarr. *pract. quest. cap. 16. num. 5. & post Bart. & Salicet. tenet Menoch. de a. h. iur. jud. quest. 38. num. 8. & n. 16. lib. 1.* Octav. Cacher. *in decis. Pedemont. 18. n. 14.* Ludov. à Peguer. *in decis. civil. 138. per tot. Azeved. in l. 6. tit. 17. lib. 4. recop. n. 7. & 8.* Cancer. *variar. resol. cap. 2. de iur. omni. iud. n. 247.* Audiendus tamen non est Cevall. (quem post hæc vidi) *in tract. de cogn. per viam viol. 2. part. quest. 16. num. 46.* qui hanc doctrinam voluerit extendere ad quoslibet executores meros etiam non ordinarios requisitos. Sed fallitur, quia repugnant omnia juris principia, quæ docent, meros executores nullo modo posse admittere, nec cognoscere de qualibet exceptione, ut hætenus hoc cap. & seq. diximus. Et quia omnes hi Doctores loquuntur limitatè in iudice requisito de æquitate, & speciali ratione, scilicet, quia frequentius iudex requirens longè degit, ubi non ita facilè adiri potest absque magna injuria oppositoris. Quæ ratio non militat in nuntio, qui intra territorium iudicis, sententiam ferentis, exequitur, quia facilis patet aditus; & ita tenendum est constanter ex hucusque dictis in hoc cap. seq. circa quæ vide etiam *infra cap. 7. à n. 41. cum seqq. & ibi dicta limita,* ut in hoc casu speciali.



CAPUT VII.

Ab executore rejiciente legitimas exceptiones executorialium executioni oppositas, & admittendas, seu etiam admittente rejiciendas, an & quando appellationi interjectæ vim faciat non deferens, ut qualiter excedat, cognoscatur.

SUMMARIUM.

- 1 Exceptiones executorialium executioni convenientes legitima dicuntur, & ut admittenda.
- 2 Legitimum dicitur, quod à lege recipitur, & approbatur.
- 3 Exceptiones dicuntur non legitima, quæ à lege reprobandantur.
- 4 Executor excedit, non admittens legitimas exceptiones executionis nature congruas.
- 5 Ab executore non admittente legitimas exceptiones tanquam excedente, appellatio habet utrumque effectum.
- 6 Quod idem locum habet in executione instrumenti garantigati, quia parificatur à jure.
- 7 A rejectione exceptionis in executione incedentis appellatio est necessaria, aliàs transit in rem iudicatam.
- 8 Executor litterarum pensionis rejiciens exceptiones legitimas incompetencia, surreptiois, aut ortas ex ventre gratia, excedit, & ex hoc capite appellatio utrumque habet effectum.
- 9 Exceptiones minus legitimas rejiciendas admittent executor excedit, ex hoc capite appellationi ut licite deferendum est.
- 10 Executor admittens exceptiones non admittendas, detrahit juri privilegiato partis, hoc est, juri exequendi, tamque privatis beneficio juris communis, ob quod datur appellatio.
- 11 Gravamen sat præjudiciale dicitur, quo impeditur via executiva competens.
- 12 Executiva via maximum affert commodum.
- 13 A gravamine illato agenti via privilegiata facilius admittitur appellatio, quam adversario.
- 14 Exceptiones legitima quæ executioni sententia opponi possunt in duplici sunt differentia. Aliæ infringunt sententiam, illique ex diametro repugnant; aliæ non repugnant directè, sed tantum modificanc, & quales sint in utroque casu, ibid.
- 15 Exceptiones omnes indistinctè omnes executores an admittere, & terminare queant.
- 16 Executor merus cum sibi committatur nudi facti executio, & omni liquidata materia, non potest regulariter cognoscere de exceptionibus oppositis.
- 17 Executor, merus non potest cognoscere de exceptionibus oppositis labefactantibus sententiam, sed mandatum ad unguem servare tenetur.
- 18 Exceptiones infringentes & annullantes sententias licet executor non teneatur admittere, potest tamen, si vult, ad effectum super sedendi, & rescribendi dumtaxat.
- 19 Primò quando exceptio esset notoria, & nondum fuisset in iudicium deducta.
- 20 Secundò exceptio excommunicationis opposita petenti executionem.
- 21 Tertia exceptio & causa noviter orta, quam si cognosceret iudex super sederet.
- 22 Quarta exceptio falsi rescripti.
- 23 Quinta exceptio nullitatis notoria, ubi executio est irrevocabilis.
- 24 25. & 26. Executor has exceptiones infringentes sententiam potest admittere, si vult, non tamen tenetur, & ideo à rejectione appellationi interjecta non deferendū.

- 26 Executor mixtus sicuti merus, non tenetur admittere exceptione labefactantes sententias, si non vult.
- 27 Executor præcisè tenetur admittere exceptionem infringentem ejus potestatem, & ubi datur executio irrevocabilis, aut excommunicationis exceptio, quas si rejiciat executor, liber appellare.
- 28 Executor mixtus is dicitur, cui executio committitur, non præcedente causa cognitione super iis, quæ incidere solent viam executionem.
- 29 Executor mixtus non tenetur admittere exceptiones labefactantes sententias, nec respicientes merita cause.
- 30 Executori non quomodo sit lata sententia sed quomodo sit exequenda, pertinet, non quid sit pronuntian- dum, sed quid sit pronuntiatum.
- 31 Executor non potest factum superioris labefactare.
- 32 Executor non potest admittere exceptiones respicientes justitiam, & causam principalem, sed statim remittit superiori non super sedens in executione.
- 33 Executor potest, si vult, admittere exceptiones respicientes nullitatem sententia ut remittat & super sedeat.
- 34 Executio sententia summarie tractatur, & ita nihil admittit requirens altiore indaginem ad illam impediendam.
- 35 Exceptio nullitatis incontinenti probata, ex inspectione actorum, est legitima, & impedit etiam trium conformium executionem.
- 36 Exceptio nullitatis ex defectu jurisdictionis etiam trium conformium executionem impedit.
- 37 Exceptio nullitatis notoriè impedit executionem opposita coram iudice sententiam ferente, executor autem non tenetur terminare, sed interim super sedere.
- 38 Restitutio integrum quando potest opponi rei iudicatae, & suspendit executionem, procedit si opponatur coram iudice, non autem coram executore.
- 39 Exceptiones modificativas quæ directò non infringunt sententiam, sed respiciunt executionem sententia tantum, executor mixtus admittere.
- 40 Executor Romana Curia in paribus cognoscit super rebus in quibus est facienda executio pro quantitate debita, & de aliis exceptionibus modificativis.
- 41 Iudex requisitus pro executione sententia quas exceptiones admittat.
- 42 Iudex requisitus pro executione executorialium dicitur merus executor.
- 43 Iudex requisitus pro executione cognoscit de omnibus exceptionibus modificativis, si coram iudice cognita non sint.
- 44 Iudex requisitus potest de dominio rei super qua est facienda executio, cognoscere etiam si sit merus.
- 45 Iudex ordinarius qui in defectum jurisdictionis arbitri ferentis sententiam exequitur, dicitur mixtus executor, quia omnes exceptiones admittit & cognoscit.
- 46 Exceptiones modificativa nature executionis conveniunt & ideo admittenda per executorem.
- 47 L. cum fideicommiss. ff. de confess. expenditur mirabilis ad admittendum exceptiones modificativas.
- 48 Exceptiones quæ coram ipso executore proponi possunt, & quæ non, sub coram superiori mandanti.
- 49 Executor si nolit admittere exceptiones infringentes sententiam ad effectum super sedendi, non excusatur pars illas proponere iterum coram superiore.
- 50 Exceptionis legitima à rejectione ut possit appellari, & excedat executor, debet illis probatio incontinenti offerri, non aliàs.
- 51 Executiva & summaria iudicia non admittunt exceptiones requirentes altiore indaginem.
- 52 Exceptio legitima ut per executorem admittatur, debet vel ex eisdem actis probari, vel conferri incontinenti probationem.
- 53 Tertius comparens & appellans ab executione, debet de suo interesse incontinenti docere.
- 54 Ab executione appellatio ut operetur effectum suspensivum

suum exceptionis, probatio debet incontinenti con-ferri.
35 Appellatio a reiectione exceptionis ante ejus justifi- cationem, non devolvit, nec ex sola reiectione justi- ficatur, in quibuslibet judiciis, & de ratione.
36 Appellatio a reiectione exceptionis simul oblata proba- tione, incontinenti statim dicitur justificata.
37 Judex, rejiciens probationem incontinenti oblata, ostendit suam iniquitatem contra opponentem excep- tionem, cujus malitia presumptio purgatur ex eo.
38 Tam in exceptionibus dilatoriis, quam peremptoriis.
39 Et hoc casu appellatio statim operatur effectum sus- pensivum & attentata.
40 Probationem incontinenti offerens, debet petere ter- minum brevissimum.
41 In remed. l. fin. C. de edicto D. Adr. proceditur summarie & executivo, & exceptio requirens al- tiorem indaginem reservatur petitorio.
42 Quod per interpretationem verborum testamenti pro- bari desideratur, requirit altiorem indaginem, que reservatur in remed. l. fin.
43 Exceptio que continet ad quam dubitationem juris vel facti non prompse liquidabilem, respicit proprietatem.
44 In executivo judicio ex l. fin. C. de edicto D. Adr. non admittuntur exceptiones requirentes altiorem inda- ginem.
45 Exceptiones peremptoria, que non infringunt, nec di- recte impugnant, sed modificanc sententiam, possunt ut legitima opponi in ejus executione.
46 Exceptio modificativa cum non impugnat sententiam, dicitur quid separatum ab appellatione principali.
47 Exceptiones modificativa & legitima que sint, remis- sive.
48 Exceptio collationis bonorum potest ut modificativa opponi executioni sententia.
49 Exceptio peremptoria modificativa semel judicio prin- cipali & ante sententiam opposita, & a judice re- jecta, in executione opponi non potest.
50 Exceptio modificativa semel opposita, & terminata in principali non potest executioni sententia opponi.
51 Exceptio modificativa semel opposita in processu ad unum finem, potest ad aliud diversum in executione sententia opponi.
52 Exceptio peremptoria modificativa semel processu op- posita, non tamen per judicem super ea pronuntia- tum, an executioni opponi possit.
53 Exceptio sumptuum est modificativa, & admittenda per Executorem executioni sententia, quam directo non impugnat.
54 L. peremptorias C. sententiam rescindi non posse, an loquatur in peremptoriis modificativis.
55 Exceptio retentionis adeo favorabilis est, ut etiam post sententiam competat.
56 Retentionis exceptio admittitur in executione, etiamsi ea sit processu opposita, non tamen per judicem ter- minata.
57 Retentionis exceptio non decisa, etiam in judiciis privi- legiatis opponitur post sententiam, & a reiectione ap- pellatio admittitur.
58 Exceptio impensarum per viam actionis, & exceptionis, in judicium principale deduci potest.
59 Impensarum exceptionem per viam actionis propositam debet judex expresse pronuntiare, alias habetur pro omissa.
60 Impensa petita in prima instantia in ea tamen omissa condemnatio, si in secunda super illis declaratur, erit prima sententia illarum respectu.
Et tunc in executione sententia hac exceptio admittenda est, ibid.
61 Impensarum exceptio modificativa in judicio principali deducta per viam exceptionis, potest iterum in executio- ne opponi.

32 Succumbens in exceptione compabili cum actione, non prohibetur in aliud judicium deducere, si de ea non fuerit judicatum.
33 Absolutio in incidenti quando deducatur per condem- nationem in principali.
34 Text. in l. quod in diem §. citationem, ff. de com- pensat, expenditur.
35 Exceptio modificativa opposita, & non determinata, censetur reservata executioni sententia, quando est compabilis cum sententia.
36 Exceptio opposita & non terminata, censetur rejecta, & non admittenda in executione, quando est incom- patibilis cum sententia.
37 Sententia lata super principali intelligitur reprobare incidens, si aliter cum illo non potest subsistere.
38 Exceptio competens obligato ad alimenta, ne conve- niatur ultra quam facere possit, est modificativa.
39 Exceptio augmenti, aut diminutionis bonorum ali- mentarii & alimentantis, est legitima, & variatur juxta augmentum & diminutionem.
40 Quod intellige si incontinenti hac augmenti, aut dimi- nutionis exceptio probetur.
41 Sententia causa cessante cessat & ipsa senten- tia.
42 Causa sententia quando redit ad non causam senten- tia retrahatur.
43 Executor ex nova causa potest in sententia execu- tione supersedere.
44 Rei judicatio cessante causa ex nova causa superven- niente, cessat res judicata.
45 Res judicata non facit jus in iis que tempore mutan- tur.
46 Alimenta crescant & decrescant, crescente vel de- crescente patrimonio alimentari vel alimentantis, etiam post sententiam & judicis taxationem.
47 Etiam si taxationi consenserit.
48 Exceptio orta ex ventre sententia, est legitima, quam si executor rejiciat, excedet.
Actio & exceptio si oriatur ex eodem actu, a pari pro- cedunt. ibid.
49 Exceptionibus omnibus sublati per statutum non tollitur orta ex eodem statu.
50 Exceptio ex ventre sententia aut instrumenti, obstat etiam non opposita, quia semper loquitur, & simul cum actione presentatur & deducitur.
51 Exceptio orta ex instrumento prodest si ex eo agatur secus si ex re judicata super instrumento, nisi & in illa sit inclusa.
52 Executioni sententia potest opponi & oriri exceptio proveniens ex mente pronuntiantis.
53 Reservatio juris facta in sententia, conservat jus condemnato competens.
54 Jus reservatum est exclusum a sententia & condem- natione.
55 Reservatio juris est exceptio que modificat actum, at- que omnino admittenda est.
56 Reservatio juris confirmat non reservatum, & conser- vat reservatum, ac si nulla staret condemnatio.
57 Exceptio (non implevisti ex latere tuo) ut legitima opponitur executioni.
58 Exceptione (tu non implevisti) stante, inhibito expeditur contra executionem.
59 Exceptione (tu non implevisti) stante, inhibito expe- ditur contra executionem.
60 Exceptionibus omnibus exclusis non intelligitur ex- clusa exceptio (tu implevisti)
61 Ad effectus plures exceptiones (tu non implevisti) qui videndi.
62 Exceptio rei non tradita, & pretii non soluti ejus est natura cujus exceptio (tu non implevisti) & opponi potest executioni sententia.

Exceptio

114 Exceptio etiam dilatoria qua oritur post sententiam, potest licite ejus executioni opponi.
115 Exceptio dilatoria orta post litem contestatam, potest opponi.
116 Res judicata licet perpetua sit, tamen non obstat agen- ti ex nova causa supervenienti de novo.
117 Condemnatum ad rei commodata, aut deposita, aut per dita restitutionem, & ejus veram estimationem, si res deveniat in potestatem Domini, potest de hac legiti- ma exceptione opponere executioni, & admittenda.
118 Equitas novi casus novum inducit remedium.
119 Exceptio (quod petis intus habes) opponi potest senten- tia.
120 Sententia pro aliquo uti herede ab intestato, rescindi- tur postea apparente testamento noviter reperto.
121 Absolutus ex una causa potest ex alia noviter con- ventus condemnari.
122 Sententia causa cessante cessat ipsa sententia.
123 Bona alienata in tertiam per illum possessorem, cujus sententia ex nova causa fuit rescissa, remissive.
124 Rei judicata exceptio quando prodest absolutio ob non probationem actoris in rebus aut personalibus, remissive.
125 Exceptio defectus mandati aut jurisdictionis, est per- petua, et nunquam censetur exclusiva, & obstat etiam tribus conformibus.
126 Sententia sustinetur si revera adfuerat mandatum procuratoris, licet non presentatum in actis, de quo etiam post sententiam constat.
127 Sententia erit nulla, etiamsi verè adsit mandatum, non tamen productum in actis, postquam fuit de ejus defectu oppositum.
128 Acta non valent post oppositionem defectus mandati, nisi in actis exhibeatur.
Secus si non opponatur, quia sufficit quancumque de ejus vera existentia dicere, ibid.
129 Sententia & acta ut nulla dicantur, non sufficit semel a principio de defectu mandati opponere, sed in quolibet actu protestari, & repeti, alias sufficit quancum- que de ejus vera existentia dicere, & seqq.
130 Judicium agitatum cum Monacho constituto procura- tore, sine licentia superioris, non opposita exceptio- ne an sit nullam.
131 Protestatio ut nihil fiat nisi docta de legitimo manda- to debet repeti non a quolibet actis, & seqq.
132 Interlocutoria judicis declarans falsum & assertum procuratorem legitime comparere, non prejudicat Domino in scio, & potest quancumque de nullitate dicere.
133 Quid si Dominus hujus interlocutorie habuisset noti- tiam, remissive.
134 Exceptio opposita prime solutioni annui redditus & rejecta an opponi queat in executionibus sequentium annuorum.
135 Obligatio redditus annui si est unica, pro omnibus presentibus futuris, unica prescriptio sufficit pro tota obligatione.
136 Singule obligationes si oriuntur pro singulis presta- tionibus annuis, tot prescriptioes sunt necessarie, ita ut unica pro omnibus non sufficiat.
137 Annuus redditus debitus ex contractu, regulariter una est obligatio, & actio, & ad heredes transit.
138 Redditus annuus debitus ex contractu cum conditio- ne singulis annis adimplenda, tunc quot sunt anni, tot obligationes.
139 Redditus ad vitam tot continet obligationes, quod prescriptioes annue.
140 Tot sunt legata quot annue prescriptioes.
141 Obligatio si est unica pro omnibus annuis prescriptio- bus, exceptio semel opposita & rejecta in executione unius prescriptiois, non obstat creditoribus in aliis.
142 Sententia lata in favorem debitoris super uno annuo

redditu, obstat agenti pro seqq. debitis unica obli- gatione.
144 Obligationes si tot sint quot annue prescriptioes, sen- tentia pro prima pagha non parat plenum prejudi- cium in sequentibus.
145 Causa ex qua sit actum specialiter non expressa om- nes causa petitione comprehenduntur.
146 Debitor annui redditus, si in executione unius pa- gha omisit opponere exceptionem illam, poterit oppo- nere in executione aliarum prescriptioum futurarum.
147 Solutiones decursa nihil inferunt in futurum, quo- minus opponatur exceptio contra instrumentum aut tabellionem, omissa in prima pagha.
148 Quod procedit sive unica sit obligatio, sive plures singulis annis, quando exceptio omissa fuit in priori- bus paghis.
149 Text. in l. 2. C. de fideicommissi. interpretatur.
150 Sententia lata super prima actione, & obliga- tione annui redditus, ut in posterum praestetur, uni- ca sufficit pro singulis annis condemnatio.
151 Exceptio sequestri auctoritate judicis precipientis debitori non solvat suo creditori, an impediat exe- cutionem pro ipso debito sequestrato, & quid sit de- bitor sequestrum procuratoris, num. seq. & quid adversus fidejussorem, sub num. 152.
152 Debitor interdictus ne solvat suo creditori, si com- pellatur a judice cum cautione indemnitate, an sol- vere debeat decimam executionis.
153 Deposarius de mandato judicis, reddent depositum an liberetur, & quid si alteri etiam non citato cujus interest, quas diligentias tenetur facere depositarius & an teneatur appellare.
154 Debitor interdictus per judicem ne solvat suo debito- ri, vel quod solvat alteri, an & quando teneatur appellare.
Et an debeat contradicere, & omni uti diligentia, na debitum ab eo exigatur, ibid.
155 Debitor compulsus alteri solvere quam vero domino, anteaquam solvat, tenetur denunciare creditori suo.
156 Debitor jussu judicis solvens alteri quam suo credi- tori, non liberatur si praesit mora solvendi, illi etiam contradicens, sequestrato debito.
157 Debitor etiam ante moram debet modis omnibus res- sistere, ne fiat sequestrum & factum tollatur, alias si sponte solvit & agnovit, non liberatur.
158 Debitor solvens judici aut apparitori exequeri liberatur.
159 Executor datus ad vendendum & pretium recipien- dum emptor ei legitime solvit, sed executor Domi- no rei tenetur.
160 Re evicta in solutum pro debito data a judice vel a parte, non agitur ex actione primaeva, quia est ex- tincta, sed utile ex empto.
161 Re evicta in solutum data, an & quando liberentur priores fidejussores & pignora.
162 Creditor rem in solutum accipiens, sit cautus pro- testari, ut re evicta, illa sibi sit actio primaeva, qua fidejussores & pignora liberantur.
163 Creditor evictionem pignoris debiti non debet, con- currentibus juris requisitis, & que illa sint.
164 Pignoris venditio legitime facta non impeditur per appellationem debitoris.
165 Intellectus ad tit. C. creditorem evictionem pi- gnoris non debere.
166 Pignore vendito auctoritate judicis instante credi- tore indistincte debitor tenetur de evictione ejus.
167 Factum judicis est factum parvis.
168 Sequestrata mula debitoris forensis, si probet non esse suam, sed conductam, restituitur.
169 Sequestris pluribus appostis super eadem re, an prius preferendum.
170 Sequestrata rei seu pro executione capta an venditi sit nulla.

171 Excep-